



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Matrimonia, consensu deficiente, sunt nulla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

observantiam sponsaliorum, ut fuit per
 sacram congreg. conc. declaratum: *super*
d. cap. 1. de reformat. matr. sess. 14. §. spon-
salia de futuro, & §. sponsus qui, sed, ne
 † *super sponsaliorum, & promissionum*
 19 *observantia lites oriri contingat, aliaque*
famæ incommoda pati, puellæ, ne (ut fe-
rè fit) delusæ remaneant, maxime libi ca-
vere, ac se à colloquio, & congressu vi-
rorum abstinere debent, virginitatis di-
gnitatem præ oculis habentes, ac moni-
ti poetæ Catulli assidue memores, qui
in Argonaut. inquit.

Tum jam nulla viro juranti fœmina cre-
dat.

Nulla viri speret sermones esse fideles,

Qui, dum aliquid cupiens animus prægestit
 24 *apisci,*

Nil metuunt jurare, nihil promittere par-
cunt,

Sed simul ac cupida mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil per juris vu-
rant.

20 *Neque sponsalia † ante legitimam æta-*
tem contracta, per verba de præsentibus,
servata forma concilii carnali copula se-
quuta, transeunt in matrimonium, nisi
post ætatem legitimam denuo eadem
forma servetur, ut ibi super eod. cap. 1. sub
titulo Squilacen.

Et cum libera debeant esse conjugia,
 21 † *neque à judice metus inferri debeat*
sponsus, ubi agitur de coactione, ne eorū
consensus auferatur, oportet, ut hæc sit
moderata coactio, dummodo sponsalia
non sint rata, unde, si iudex videat spon-
 26 *sum ita obstinatum esse, ut libere consen-*
tire conjugio nolit, regulariter, potius
monitione uti debet, quàm exactissima
 27 *coactione, ex qua consensus securus, nec*

liber esset, nec verè consensus dici pos-
 set, saltem ad hujusmodi sacramentum;
 22 † *atque difficiles, infelicesque exitus è*
talibus nuptiis evenire solent, quæ qui-
dem vitanda sunt, ut inquit text. in cap.
requisivit. de sponsal. quòd iudicibus eccle-
 23 *siasticis jungitur, ne forte eorum aucto-*
ritate, a que indiscreta coactione † ma-
trimonia quæ nulla sunt, deficiente con-
sensu, adulteria forent, ut post Fortun. in
cap. 1. n. 30. de pact. tenet Covar. in cap.
 4. 1. par. n. 4. & §. eod. tit. de spons. cu-
 jus opinionem sequi videtur, uti in judi-
 cando tutiorem, sacra congreg. conc. su-
 per eod. cap. 1. de reformat. matr. sess. 24. sub
 titul. eadem, Messan. & §. qui promiserunt.
 † *Si autem fuissent sponsalia contracta*
 sub conditione impossibili, vel turpi,
 dummodo non contra substantiam ma-
 trimonii, sunt valida, quia tunc conditio
 pro non adjecta habetur, d. cap. de illu. c.
 per tuas, & c. fin. eod. tit.

25 *Deus autem † inter juramentum, &*
loquelam nostram, nullam voluit esse
differentiam, gloss. fin. in cap. juramenti,
 22. *quæst. 5. gloss. fin. in cap. clericus, de*
jurejur. gloss. in cap. 1. in fin. de pact. Abb.
in cap. qualiter. circa si. eod. tit. Archid.
in cap. 1. de sepult. in 6. Card. Zaba. in c.
ad aures. in 4. quæst. quòd me. caus. & in
cap. debitores. de jurejur. tamen solidius
 substat, ubi juramentum interponitur,
 & plus operatur sacramentum quàm nu-
 da promissio, ut c. debitores de jurejurat.
 & d. gl. fin. 22. q. 5. in foro autem con-
 26 *tentioso † nuda promissione, quis cogi*
non potest, licet de jure canonico ex nu-
do pacto oriatur actio, ead. gloss. fin. in c.
 27 *juramenti 22. q. 5. c. 1. cap. qualiter. de*
pact. & cap. judicante, de testam. † sed ex
 vi spon-